



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

188. De feminis quæ viros amittunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De feminis quæ viros amittunt, *Capitular.*

lib. 1. cap. xcvi.

CLXXXVIII. De feminis quæ viros amittunt, placet ne se, sicut hactenus, indifcretè velent; sed triginta dies post discessum viri sui expectent; & post tricesimum diem per consilium Episcopi sui, vel, si Episcopus absens fuerit, consilio aliorum religiosorum sacerdotum suorumque amicorum, id quod eligere debent eligant. Et quia à sacro conventu rogati ut hi qui publicam gerunt pœnitentiam, & feminæ quæ viros amittunt, nostra auctoritate, donèc deliberent quid agant, tuerentur, specialiter pro his Capitula fieri & legis mundanæ capitulis inserenda decrevimus.

Lib. 1. Capitular. c. 102. & lib. 2. Leg. Longob. tit. 6. c. 4. Burchard. lib. 8. c. 42. Ivo part. 7. c. 60.

Mutilus est hic locus apud Reginonem, Burchardum, & Ivonem. Nam libro 1. Capitular. cap. cxi. tam in editis quàm in manuscriptis codicibus, tum in Capitulari Aquisgranensi Ludovici Pij cap. xxi. post illa verba religiosorum sacerdotum, legitur suorumque parentum atque amicorum. Vnde colligi debet Burchardum & Ivonem sua descripsisse ex Reginone.

De eadem re. *Ex Capitularium lib.*

iv. cap. xvi.

CLXXXIX. Qui viduam intra primos triginta dies viduitatis vel invitam vel volentem sibi copulaverit, sexaginta solidos componat. Et si invitam eam traxerit, legem suam ei componat, illam verò ulterius non attingat.

Lib. 4. Capitular. c. 17. Lib. 2. Leg. Longob. tit. 6. c. 3.